leuibus persuadere conati sunt spem quasi racionabilem firmam ad
tendens peticionem uotis eorum in omnibus annuit et ut eis
presidio foret potestati ciuitatis mandauit. Lectio
Interea dum hec agerentur pars capitis pontis ad haben
dum beati antonii corpus uehemencius accenditur et in recalcitrantes
eorum animus in uentum enixius conatur. Fit conuentus seniorum
nec non et omnium in quibus spes ulla poterat esse consilii. et ut
eius auxilio fiant per ciuitatem qui uocantur amici. Denique
in unum omnes eo usque conueniunt quod personas possessiones
et omnia que habebant exponenda iurent discrimini.
priusquam beatissimi antonii corpus sinant in loco permuta
ri. Et mirum certe quod narro. In tantum enim zelus ac
feruum deuocionis omnes in idipsum uoluntates coegerant
ut cum quidam eorum ab antiquis temporibus inueterato odio
et bello intestino discordes extitissent. ueterum inimi
ciciarum ut uidebatur obliti in detinendo beati antonii corpore
unanimiter ac familiariter conuenirent. Timentes quoque ne
cuiusquam fraudulenta machinacione a spe sua frustrari
possent. in toto consilio corpus rapere disposuerunt. Verum quia mi
nister prouincialis presens non erat. ad cuius nutum tantum cau
sa pendebat. uocatis ipse senioribus eorum supplicare
ceperunt fratres quatenus aduentum ipsius uel modicum prestolantes